UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitrvvivs Itervm Et Frontinvs

Vitruvius

Florentiae, 1513

De aerario, carcere, & curia ordina[n]dis. Ca. II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979

Visual Library

quæ à prondo procurrunt, dextraq́; & ſiniſtra hemicyclum tangunt, Supra trabes contra capitula ex fulmentis diſpoſitæ pilæ ſunt collocatæ, altæ pedibus tribus, latæ quoquouerſus quaternis, Supra eas ex duobus tignis bipedalibus trabes euerganeæ circa ſunt collocatæ, ꝗbus inſuper tranſtra cum capreolis cōtra zophoros, & antas, & parietes ꝓnai collocata ſuſtinent unū culmen perpetuæ baſilicæ, alterum à medio ſupra ꝓnaū ædis. Ita faſtigiorū duplex nata diſpoſitio, extrinſecus tecti, & iterioris altæ teſtudinis, præſtant ſpeciē uenuſtā, Item ſublata epiſtyliorū ornamēta, & pluteorū columnarūq́; ſuperiorum diſtributio oꝑoſam detrahit moleſtiā, ſumptusq́; īminuit ex magna parte ſummā, Ipſæ uero colūnæ in altitudine perpetua ſub trabe teſtudinis perductæ, & magnificētiā īpenſæ, & auctoritatē operi adaugere uidentur.

De ærario, carcere, & curia ordinādis. Cap. II.

AErarium, carcer, curia, foro ſunt coniungēda, ſed ita uti magnitudo ſymmetriæ eorū foro reſpondeat, maxime quidē curia imprimis eſt facienda ad dignitatem municipii ſiue ciuitatis, Et ſi quadrata erit, quantū habuerit latitudinis, dimidia addita cōſtituatur altitudo, ſin aūt oblonga fuerit, lōgitudo, & latitudo cōponatur, & ſūma compoſita eius dimidia pars ſub lacunariis altitudini detur, Præterea p̃cin gēdi ſunt parietes medii, coronis ex inteſtino oꝑe, aut albario, ad dimidiā ꝑtē altitudinis, Quæ ſi nō erūt, uox ibi diſputantiū elata in altitudinem intellectui nō poterit eſſe audientibus, Cū autem coronis p̃cincti parietes erūt, uox ab iis morata prius

q̃ in aere elata diſſipetur, auribus erit intellecta.

De theatro. Caput. III.

CVm forum conſtitutum fuerit. tum deorum immortalium diebus feſtis ludorum ſpectationibus eligendus eſt locus theatro, q̃ ſaluberrimus, uti in p̃rio libro de ſalubritatibus in mœniũ collocationibus eſt ſcriptũ, Per ludos .n. cũ cõiugibus & liberis p̃ſedẽtes delectatiõibus detinẽtur, & corp̃a p̃pter



a. lacunaria

b. corona ex inteſtino opere, aut albario.

c. locus tribunalis.

uoluptatẽ immota patẽtes habẽt uenas, in quas inſidũt aurarũ flatus. q̃ ſi à regionibus paluſtribus, aut aliis regiõibus uitioſis aduenięt, nocentes ſp̃us corp̃ibus iſundẽt, Itaq; ſi curioſius eligetur locus theatro, uitabũtur uitia, Etiã q; p̃uidẽdũ ẽ ne impetus hẽat à meridie, Sol enim cum implet eius rotũditatem, aer concluſus curuatura, neq; habens poteſtatẽ uagandi uerſando conferueſcit, & candẽs adurit excoq̃tq;, & iminuit ẽ corp̃ibus humores, Iõ maxime uitãdæ ſunt